



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ervditione Religiosorum

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

10. Quid meditandum est in fine Psalmorum cùm dicimus, Gloria Patri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50980)

his laudibus dignum egi, clemens respice: & quod negligentius actum est, propitius ignosce, per Christum Dominum nostrum. Vel sic: Consummatum est sacrificium matutinum, vel vesperinum, suscipe illud Domine per intercessionem beatissimæ virginis Mariæ, & istius sancti cuius hodie memoriam celebramus, & omnium sanctorum tuorum ad laudem & gloriam nominis tui, & salutem animarum nostrarum & omnium Christianorum: & requiem defunctorum, per Dominum nostrum. Post horas autem reliquas sic est oblatio facienda: Consummatum est sacrificiū laudis suscipe illud, &c. Et ita nos ipsos in eadem semper conservare devotione, & morum gravitate post orationem debemus: ac si tunc ab oratione discederemus, aptantes mentem ad solita exercitia, vel ad ea quæ in superioribus tractauimus, morosius ruminando.

Quid contemplandum est cum in fine Psalmorum canitur, Gloria Patri.

CAPVT X.

VNiuerſa Dei beneficia, secundum Bonaventuram, sunt,

Bona { Natura,
Gratiæ,
Supereminentiæ.

Bona { Natura,
Gratiæ,
Supereminentiæ. } sunt dona { creationis
iustificationis
redemptionis.

Ista autem tria munera preciosa attribuuntur tribus diuinis personis,

{	Patri,	} attri- bui- tur	} Creatio, Redemptio, Iustificatio.
	Filio,		
	Spiritu sancto		

Quoties ergo psallimus, Gloria Patri, toties memores simus horum trium munerum sic dicentes,

Gloria { Patri: qui cum non essem, me creauit.
Filio: qui cum perditus essem, me redemit.
Spiritu sancto: qui cum essem filius iræ,
me iustificauit.

Vel generaliter loquendo,

Gloria { Patri: qui omnia creauit.
Filio: qui totum mundum redemit.
Spiritu sancto: qui omnes sanctos iustificauit.

Tanta & talis gloria propter hæc omnia, & eorum quodq; sit ei pariter, quanta erat in principio, cum eum laudarent astra matutina, & quanta est nunc & semper, & per discursum presentis vitæ ei dabitur ab vniuersali Ecclesia: & quanta in secula seculorum ei erit ab vniuersis cæli conciuiibus in patria, quia tanta mihi largitus est bona, Amen.

EXPLICITVM est directorium horarum canonicarum ad honorem & gloriam Dei, & supergloriosæ genitricis eius & Dominæ nostræ virginis Mariæ. Deo gratias, Amen.

TRACTATVS iste in summa, continet quatuor partes principales:

Præparationes ante diuinum officium.

Adorationes ad vigilias, matut. & vespas.

b

Gra-

Gratiarum actiones ad primam & tertiam.
Orationes ad sextam, nonam, & cōpletorium.

Præparationes sunt tres,

Remota,	} quæ	} In sancte viuendo.		
Propinqua,			} confi-	} In profunde cōsiderando.
Proxima,				

Sancta vita consistit.

in { Cordis nostri peruigili obseruatione,
Temporis fructuosa expensione.

{ Nostrorum operum recta intentione.

Debemus autem profunde considerare, quod
tendimus

ad	{	Deum adorandum.
		Deo gratias agendum.
		Deum orandum.

Quia nihil est

Deo	{	Adorari dignius.
		Laudari rationabilius.
		Magis necessarium & utilius.

Ad feruenter orandum: oportet habere

Mentem	{	Puram,
		Recollectam,
		Affectā: vt in tertia præparatione <small>(cōtinuat)</small>

Adorationes hoc modo fiunt:

In vigiliis.

adoran- da est	{	Conuersatio	} Christi.
		Passio	
		Glorificatio	

In vesperis.

adoran- dum est	{	Cum domina nostra.
		Cum triumphante Ecclesia.
		Cum militante Ecclesia.

In psalmodia primæ & tertiæ agimus gratias pro beneficiis à Domino receptis, ea ad memoriam reuocantes hoc ordine:

Feria 2.	} Benefi- cium	{ Creationis.
Fer. 3.		{ Gratificationis.
Fer. 4.		{ Vocationis.
Fer. 5.		{ Iustificationis.
Fer. 6.		{ Dotationis.
Sabbato		{ Gubernationis.
Dominica		{ Glorificationis.

Vnumquodque præmemoratorum beneficiorum distinguitur in sex articulos: vt singulis sex Psalmis, qui per totam hebdomadam in prima & tertia psalluntur, respondeant singuli sex articuli cuiusque prænominatorum beneficiorum, vt latius in singulis feriis superius dictum est.

Orationes in sexta & nona dicuntur pro septem statibus, in reuerentiam septem illorum sacrorum verborum à Christo in cruce prolatorum.

In tribus Psalmis qui ad sextam psalluntur, oramus

pro { Inimicis, Christianis, Saracenis.
Iudæis, & aliis infidelibus.
Consanguineis.
Benefactoribus.

In hymno & tribus Psalmis, qui ad nonam canuntur, oramus,

pro { Afflictis, tentatis, & captiuis.
In mortali peccato persistentibus.
Iustis.

388 DIRECT. HORAR. CANONICAR.
| Infirmis, & in mortis agonia laborantibus.

In Completorio oramus.

pro { Animabus in purgatorio luentibus,
Statu vniuersalis Ecclesiæ,
Nostra Congregatione.

F I N I S.



TR